



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Sodalitatis B. Mariae Virginis. siue Exercitium Spirituale Christianae Pietatis

Véron, François

Coloniae Agrippinae, 1505 [i. e. 1605]

Ad Sedulum, Pivmqve Sodalem, De Hac Postrema Manualis Editione,
Admonitio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46577)

A D S E D V L V M,
PIVMQVE SODALEM,
DE HAC POSTREMA MA-
nualis Editione,

ADMONITIO.



QVOD superioribus an-
nis prodijt Sodalitatis
Manuale, limatū iam,
multisque partibus au-
ctum reddimus. Cogno-
uimus quidem, exper-
tique sumus tibi nuper grauissimum ac-
cidisse, quanquā multa, nostro etiam iu-
dicio desiderarentur, illudque dumtaxat,
tanquā pro ludium aliquod, primumq;
quod praelibares ferculum, cuiusque cen-
surā ea praelibatione benignē faceres, por-
rigeremus: consultō nimirū plurima o-
mittentes, remq; vniuersam leuiter, sum-
marimque, studio breuitatis, perstringen-
tes. Nunc autem & tuā beneuolentiā, legen-
diq; illius mirā cupidine prouocati; & ve-
rō etiam multiplicis vtilitatis, & commo-
di quod in alios, eius lectione, deriuari vi-
dim⁹, excitati, multō auctius, locupletius-
que in aspectum, lucemque denuō profe-
rimus.

rimus; nō dubia spe nixi, illud tibi iam ac-
ceptissimum, longeque gratissimum acces-
surum. Litanias enim aliquot per insignes,
Orationes non paucas, præceptiones va-
rias, easque fructuosissimas adiicimus; qui-
bus omnibus, te in primis, cui labor hic po-
tissimum feritur; & quoscunque alios, qui
legendis his, oculos & animos admoue-
bunt, non mediocriter oblectatum iri con-
fidimus: vix enim deesse quicquā sibi per-
spicient, quod ad eorum & cōsolationem,
& vtilitatem facere posse videatur. Reco-
gnitum igitur, locupletatumque Manua-
le, pie, benigneque Sodalis, in manus libens
accipe, oculis festinus subiice, animo læ-
tus exhibe, penitusque reconde: Sic enim
& intellectum plenius reficiet, & volunta-
tem fortiùs accendet, & memoriam sua-
uius excitabit, vt hoc sese pabulo subinde
recreet, languentemque secularium nego-
torum multitudine spiritum suscitet, &
corroboret. Vale, & hisce salutis tuæ admi-
niculis crebrò, lubenterque vtère.

APPROBATIO.

EGO Ioannes Chapeauille Sacrae Theologiae Licentiatuſ, ſuae Celſitudinis Leodiēſis in ſpiritualibus Vicariuſ Generaliſ, & S. Fidei Inquiſitor, rogatu R. D. Martini Diddenij, Collegiatæ Eccleſiæ D. Petri Decani, Congregationiſ B. Mariæ tūc Præſecti, ac cæterorum eiſdem Officialium, & Adminiſtratorū, ſuperiori anno, qui erat 1599. diligēter legi, approbauī, & digniſſimū, quod typiſ mādaretur, cenſui *Manuale hoc Sodalitatis, ex varijs ſpiritualibus libelliſ, ipſorum volūtate collectum, in gratiam, & uſum Sodaliū dictæ Cōgregationiſ B. Virginis; & ab Theologiſ aliquot eiſdē Congregationiſ ipſiſ R. D. Præſecti, ac cæterorū Dominorum Officialiū iuſſu, & cōmiſſione lectum, approbatū, & commēdatum.* Nunc verò, noſtrā, & cæterorum, pro tempore, eiſdē Congregationiſ, cuiuſ iam Præſectum agimus, admi-

APPROBATIO:

administratorum auctoritate, Litanis aliquot, Orationibus, ac Preceptionibus utilissimis auctum, egregieq; locupletatum, secundò ut lucem adspiciat, Sodaliumq; nostrorum manib' teratur, permittimus, ac omninò cupimus: Non modò certi nihil continere, quod vel S. fidei nostræ Catholicæ, vel bonis moribus repugnet, & officiat; sed etiã documenta, exercitiaq; virtutũ, ac orationum complecti plurima confirmantes; quorum diligenti, assiduoq; usu, Sodales in primis nostri, aliq̃ue Catholici plurimam sementem virtutum, maximumq; in Dei famulatu, cultuq; parentis eius virginis progressum indies facere possint.

A S

BEATA